Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rent ante eos: et duos pisces diuisit omnibus et manducauerunt oēs: et saturati sūt et sustulerunt reliquias fragmentoꝝ duodecim cophinos plenos: et de pisibus. Erant aūt qui manducauerūt qnq; milia uiroꝝ: et statim coegit discipulos suos ascendere nauim: ut precederent eum trans fretum ad bethsaydam dū ipe dimitteret plām: et cū dimisisset eos abiit in montē orare. ℣ia vj. Ad Thessalon.

Fratres. Nos desolati a uob ad tps horē: aspectū non cordis fūdauimus festinantius faciem uram uidere cum multo desiderio: quoniam uoluim? uenire ad uos sed impedit nos sathanas. Quę est enim nra spes aut gaudium aut corona gloriē. Nonne uos ante dñm nrm ihm xpm eius in aduentu eius. Vos eni estis gla nra et gaudium. In xpo ihu dño nro.

In illo tpe. Sm Matthm

Vespe aūt facto: accesserūt ad ihm discipuli eius dicentes. Desertus est locus et iam hora pterijt. Dimitte turbas: ut euntes in castella emāt sibi escas. Qui aūt dixit eis. Non habent necesse ire. date illis uos manducare. Ait illi ei. Non habemus hic nisi qnq; panes: et duos pisces. Qui aūt illis. Afferte illos mihi huc. Et cum uisisset turbā discumbere sup fenum: acceptis qnq; panibus et duobus pisibus aspiciens in celum benedixit ac fregit et dedit discipulis suis panes: discipuli aūt turbis. Et manducauerunt oēs et saturati sunt et tulerunt reliquias fragmentoꝝ duodecim cophinos plenos. Manducantiū aūt fuit numerus qi qnq; milia uirorū: exceptis mulieribus et paruulis. Dñs. i qnqgesia.

Esto mihi in deū protectorē et in locum refugij ut saluum me facias quia firmamentū meū et refugiū meū es tu. ppter nomen tuū dux mihi eris et enutries me. Ps. In te dne speraui nō confundar in eternū in iustitia tua

Preces nre dne. libera me.

Fac gnus domine clemēter exaudi: atq; a pcōrū nrorū uinculis absolutos